Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad philip

infirmos ad pacē hortatur: in tantū ut peccata in se cōmissa concedat. 119
cū possit utiq; terrore manifestatę potentię & ineffabilis magnitudi
nis suę etiā inuitos n̄ ad pacē cogere sed ad subiectionē. Sed hui⁹modi
pax mundi ē n̄ dī. cui⁹ ipsa natura pax est. Gauisus sū aū in dn̄o mag
nifice. q̄d tandē aliquando refloruistis ad hoc ut ꝓme sentiatis in quo
& sentiebatis. occupati enī eratis. Nunc alacritatē suā ꝓpensiorē factā
ostendit. quia in q̄ negligentes facti fuerant adhibita sollertia opus
pristinū iteratū memores facti apl̄i sui. ut fructus suos ad eū mitteret
reponendos in horreo cęlesti. ubi neq; tinea neq; erugo exterminant.
Non quasi ꝓpter penuriā dico. Ego enī cognoui in quib; sim sufficiens
eē. Scio & habundare & humiliari. in om̄i & in om̄ibus imbutus sū.
& saturari & esurire. habundare & penuriā pati. Om̄ia possū in eo q̄
me c̄fortat. Non se sui causa in hoc eorū opę gaudere s; in ꝓfectu eoꝝ
ipsorū se autē om̄ia contentū dō adiuuante testatur. ut neq; de
penuria contristaret. neq; de habundantia exultaret. sciens quia &
habundantia frequent̄ extollit. & tolerata penuria diuitias cęlestes
adquirit. Horū tam̄ opa in se benigna declarat. Multorū enī necessi
tatib; ꝓfuit. Scitis aū & uos philippenses quia in principio euangelii
cū ꝓfectus sū a macedonia. nulla m̄ ecc̄la cōmunicauerit in ratione
dandi & accipiendi nisi uos soli. quia & in thessalonica semel & iterū
usib; meis misistis. n̄ quia mun⁹ quererē s; requiro fructū crescentem
in rationē ur̄am. Hęc idcirco cōmemorat. ut audientes in memoria &
laude eē opa sua. n̄ dubitent illa accepta fore apud dm̄. sed magis
studiū fidei adhibeant. Percepi aū om̄ia & habundo. repletus sū accep
tis ab epafradito quę a uobis missa s̄ in odorē bonę suauitatis. hostiā
acceptabilē placentē dō. Non ociose cōmonet debere fieri & horta
tur q̄d factū ꝓfitetur. nisi aut negligentius aut min⁹ copiose sicut
solitū erat ab eis fieri factū uidebatur. ut reminiscentes priorū operū
scirent se minus fecisse quā cęperant. Licet enī n̄ inꝓbet factū. sed
significat deuotiores illos ante in opę hoc fuisse. se tam̄ gratū eē &
accepta offerre dō quasi sacrificiū placendū. Deniq; dn̄s ait. Facite
elemosinā. & ecce munda s̄ uobis om̄ia. Quā gratū g̊ opus ē. ut omnē
maculā hominis & sordes emundet. Ds̄ autē meus impleat omne
desideriū ur̄m. scd̄m diuitias suas in gl̄a in xp̄o ih̄u. Ido discreuit
dicens. ds̄ meus. ut scd̄m ea quę prestabat meritis ei⁹ auxilia adeēt.
& desideriis eorū in copia magnitudinis bonitatis suę in gl̄a xp̄i
ih̄u. Gl̄a est enī xp̄i ih̄u. cū dī nutu xp̄ianorū implentur